

Oposiciones docentes 2025/ 2025 irakasle oposizioak		
Kidegoa edo lanpostua: 590. Bigarren Hezkuntzako irakasleen kidegoa	Espezialitatea: LATINA	Hizkuntza: EUSKARA
PROBA PRAKTIKOA Hiztegiaren laguntzaz bertsozko testu bat itzultzea eta iruzkin fonetikoa, morfologikoa eta metrikoa egitea.		

At puer Ascanius, cui nunc cognomen lulo
additur,—Ilus erat, dum res stetit Ilia regno,—
triginta magnos volvendis mensibus orbis
270 imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
transferet, et longam multa vi muniet Albam.
Hic iam ter centum totos regnabitur annos
gente sub Hectorea, donec regina sacerdos,
Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.
275 Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet
moenia, Romanosque suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum nec tempora pono;
imperium sine fine dedi. Quin aspera luno,
280 quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,

consilia in melius referet, mecumque fovebit

Romanos rerum dominos gentemque togatam:

sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas,

cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenae

285 servitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Virgilii *Aeneis* I, 267-285

Galderak:

1. Euskara ezazu testu osoa hiztegiaren laguntzaz.
2. Egin testuari buruzko iruzkin bat alderdi fonetikoak eta morfologikoak kontuan hartuta.
3. Egin lehenengo zortzi bertso lerroen iruzkin metrikoa (267tik-274ra)

Oposiciones docentes 2025/ 2025 irakasle oposizioak		
Kidegoa edo lanpostua: 590. Bigarren Hezkuntzako irakasleen kidegoa	Espezialitatea: LATINA	Hizkuntza: EUSKARA
PRUEBA PRÁCTICA-PROBA PRAKTIKOA Hiztegiaren laguntzaz prosazko testu bat itzultzea eta iruzkin sintaktikoa, estilistikoa, soziokulturala eta historikoa egitea.		

[58] Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit. Ubi exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa sopitque omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso "Tace, Lucretia" inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseric vocem." Cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Ubi obstinatum videbat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum vicisset obstinatum pudicitiam velut vi victrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant;

Titii Livii *Ab Urbe Condita* I, 58, 1-5

GALDERAK

1. Itzuli testu osoa.
2. Egin testuaren iruzkin bat alderdi sintaktikoak, estilistikoak, soziokulturalak eta historikoak kontuan hartuta

Oposiciones docentes 2025/ 2025 irakasle oposizioak		
Kidegoa edo lanpostua: 590. Bigarren Hezkuntzako irakasleen kidegoa	Espezialitatea: LATINA	Hizkuntza: EUSKARA
PROBA PRAKTIKOA Prosaz edo bertsoz dagoen testua hiztegirik gabe itzultzea		

His rebus cognitis, Caesar legiones equitatumque reuocari atque in itinere resistere iubet, ipse ad naues reuertitur; eadem fere quae ex nuntiis litterisque cognouerat coram perspicit, sic ut, amissis circiter XL nauibus, reliquae tamen refici posse magno negotio uiderentur. Itaque ex legionibus fabros deligit et ex continenti alios arcessiri iubet; Labieno scribit ut quas plurimas possit eis legionibus quae sunt apud eum naues instituat. Ipse, etsi res erat multae operae ac laboris, tamen commodissimum esse statuit omnes naues subduci et cum castris una munitione coniungi. In his rebus circiter dies X consumit, ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. Subductis nauibus castrisque egregie munitis, easdem copias quas ante praesidio nauibus relinquit, ipse eodem unde reliebat proficiscitur.

Eo cum venisset, maiores iam undique in eum locum copiae Britannorum conuenerant, summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa Cassivellauno, cuius fines a maritimis ciuitatibus flumen dividit quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum LXXX.

Caesar, *De bello Gallico* V, XI, 1-9

GALDERAK

1. Euskara ezazu testua, hiztegia erabili gabe.